Regni gubernandi incumbit, si Respublica Rege forte orbetur, aut si Rex per ætatē Regni negotia non possit obire. Hic tanto in honore est, vt si quis illius dicto vel imperio morem non gerat, violatæ Regiæ Maiestatis notam incurrat. Est & ibi Senatus perpetuus Edenburgi ex Clero & Nobilitate ita constitutus, vt Laicorum semper numerum æquet pars altera Ecclesiasticorum. Quibus adijcitur ex Ecclesiasticorum numero Præses, qui in dicenda ferendaq; sententia principem locum obtinet, nisi iudicio Regni Cancellarius interfit; ei enim in omni Reipublicæ negotio Scoti primas deferunt.: Qui capitis iudicio, magnum Iusticiarium: qui rei nauticæ, Admiralium: qui castris figendis, Marescallum: qui delictis inter aulæ septa vindicandis præficitur, Connestabilem, appellant. Sunt quoque in singulis prouinciis, quas Vicecomitatus appellāt, qui præsunt singuli, quos Vicecomites antiquo vocabulo vocant. Horum authoritas in his rebus, quæ ad ciuiles causas & capitis summam pertinēt, decidendis non aliun dependet, quam à iure quodam hæreditario, quo etiam illos sibi Vicecomitatus vendicant. Vt ij Vicecomites non à Rege creati, sed à parentibus nati iure quodam dici possint. Habent quoque Ciuitates atque oppida suos Præfectos, Balliuos ac id genus alios Magistratus, qui ciues in officio contineant & ipsarum ciuitatum priuilegia tueantur. Ita fit vt Scotorum Respublica ordinum apta dispositione, Legum sancta maiestate, & Magistratuum firma authoritate, floreat & summā laudem mereri videatur.

Nomina Ducatuum, Comitatuum & Vicecomitatuum Scotiæ.

DVCATVS.

Rotsay 14:38. 57: 10 f. Albanie 14:40.57:42.

COMITATVS.

Catnes 16:56.60:9. Soterlant 15: 30.59: 44. Rosse 14: 30:59:12. Morauie 16:36. 58: 44. Buchquham 18:48.59:4. Garniach. Garmoran. Mar 16:56. 58:28. Mernis 17: 45.58:20. Angus 17: 20.58: 8 Govvri 16: 28.58: 6. Fiffe 17: 0.57 36. Marche 18: 16.57:0. Athole 15:54.58:0. StrathErne 16:4.57:40. Menteith 15:54.57:20. Leuenox 15: 47. 57:8. VVagion. Douglasse 16:0.56:48. Carrike 14:36.56:32. Cravvford 16. 8.56: 44. Annandale 16:40.56:12. Ourmonth. Huntley.

VICECOMITATVS.

Bervvyk alias NorthBervvyk 17:54.58:18. Roxburg 18:4.56:54. Selkirk 17:31.56:52. Tvvedale 17:20. 56 38. Dunfrise 16:24.56:16. Niddisdale 16:0.56:18. VVigton 15:0.56:10. Are 15:0.56:49. Lanarke 16:14. 56:56. f. Dunbretten 15: 24.57:10. Sterueling 16:10.57:20. Louthean. Laudonia 17:0.57:2. Clakmanan 16:36.57:23. Tab. 3. Scotiæ. Kinros 16:44.57:32. Fiffe 17:0.57:36. Perth 16:8.58:0. Angus 17:20.58:8. Mernis 17:45.58:20. Aberdone 18:12.58:40: Bamph 17:42.59:12: Forcs 16:40.59:3. Tab. 2. Scotiæ. Inuernes 15:48. 58:56.

VNIVERSITATES.

S. Andreæ. 17:28.57:46. Aberden 18:12. 58:40. Glasco 15: 44. 57: 3.

Medius Meridianus 15. reliqui ad hunc inclinantur ratione parallelorum 57. 0. & 59. 30.

SCOTIAE
II. TABVLA.

In qua sequentes, Comitatus, Vicecomitatus & Vniuersitates.

Comitatus.
- Catheneſia.
- Sutherlandia.
- Roſſia
- Morauia vulgo Muray.
- Buquhania.
- Marria.

Vicecomitatus.
- Aberdone.
- Bampf.
- Forres.
- Inuernes.

Vniuersitates.
- Aberdone.

Meridiani distant ratione paralleli 59:30 ad circulum maximum.

V.